

cinctus, *sainct* sanctus quæ sic pronuntianda sunt, *fin, din, bin, min, pin, sin, &c.*

Si *ay* vel, *ai* præcedat *ne*, tunc sonat ut e gallicum: ut *raine*, *rana*, *vaine* vana, *saine*, sana: quasi sic scriberentur, *rene*, *vene*, *sene*.

Ante duplex *ll* vel *l* simplex finale rejicitur in pronuntiatione post secundum *l*, ut *tailler* scindere, *bailler* dare, *travail* labor: quæ sic proferes, *tallier*, *ballier*, *travalli*, sed *i* valdè breuiter. vult pronuntiarum. Sed quia peculiaris est idiomatici Gallico hæc pronuntiatione, nequidque scriptura exactè tradi, tutius est à viuâ voce discere.

*Au* sonat  $\omega$  apud Græcos, seu ut duplex: ut *il faut* oportet, *dauphin* delphinus, *chevaux* equi.

Nota hic nomina in *al* in singulari mutari *al* in *aux* in plurali: *mareschal* faber ferrarius, in plurali *mareschaux*; *cheval* equus, *chevaux*; *canal* canalis, *canaux*.

*Ai* ante *G* vulgò sonat ut *a* simplex, nec *i* auditur, quod licet scribere vel omittere: veluti in *compaignon* socius vel *compaignon* sine *i* *Cbampaigne* Campania, *aiguifer* acuerere & similia.

*A* sequente vocali aut *H* muto semper patitur, Apostrophum in articulo foeminine *la*: ut *l'ame* pro *la ame* anima, *l'heure* pro *la heure* hora, *l'année* pro *la année* annus. Patitur interdum, etiam in pronomibus possessiuis *ma, ta, sa*, verbi gratia *m' amie* amica mea, *m' amour*, amor meus, &c. sed rariùs: loco enim supradictorum pronominum, cum sequitur dictio inchoata à Vocali, utimur pronomibus, *mon, ton, son*, ut *mon ame* anima mea, *ton œil* tuus oculus, *son enfant*, suus puer.

*A* in adverbio *là* ibi, nunquam admittit apostrophum.

## B.

**B** Distinguendum est sono à *p*, *B*. nimirum mollius, *p* durius efferendo, quam differentiam sequentia monstrabunt, exempla.

Bois